

PARS TER- TIA DE FRA- ctionibus.

Quid fractio?

EST pars integri, vt, Sit integrum aliquod aureus, vlna, mensura, vel pondus, huius si capias partem aliquam, dicetur integri istius fractio.

Scribitur autem omnis fractio duobus numeris, interiecta lineola, quorum superior dicitur Numerator, & continet partes integri. Inferior est Diuisor, & dicitur Denominator, indicans in quot partes sit diuidendum integrum. Efferuntur autem in genere sceminino, superior per cardinale, inferior per ordinale nomen, vt:

$\frac{2}{3}$ Numerator.

3 Denominator.

Hoc est, dua tertia, idem est, ac si dicas, integri diuisi in tres partes, sume duas. Vt, sit integrum aureus continens 27 albos, quos si diuidas in tres partes, continebit pars quaelibet albos 9, quam partem si bis accipias, habes albos 18, quod idem est quod $\frac{2}{3}$ vnius aurei.

C 4 REGV-